

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Historiae ecclesiasticae saeculi ... XVI supplementum

Fecht, Johann

Francofurti et Spirae, 1684

VD17 VD17 3:315948Z

CIII.

[urn:nbn:de:bsz:31-122751](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-122751)

loribus pingit. In ea describenda ego nunc versor, ut superioribus diebus Weislandus. Itaque brevitati ignosces. Spero, nisi insaniat ^{magis} demonstratam esse Heri innocentiam, & istorum perfidiam ne dicam an impudentiam. Sed utrunque. Ego utrunque afflictis rebus, tamen de eventu hactenus bene spero, sed invocatione opusest divini nominis & precibus. Disputationem tuam avidè expectamus. Mandatum est Hero, ut ad Magistratum de Illyrico etiam referat, qui convitiis ~~etiam~~ passim spargit. Vale & salutem quibus oportet. Argentorato, 23. April. 1772.

Theoricis à Peucero editas quæso mihi mittas; Hero reddam precium, tametsi ipse quoque præfationem illam contra Dasypodium videre cupit.

Tuus

Joh. Pappus.

III.

Salutem in Christo.

EX animo doleo, Reverende & Clarissime Vir, Domine & frater charissime, eo loco res esse & Academiæ & Ecclesiæ vestræ. Sed cum causa non sit tua, quæ & veritatem & gloriam Filii DEI spectat, non est, quod te excrucies. Dominus faciet, cum tu & Collegæ tui officium feceritis. Quapropter præsentis animo, Dominus tibi aderit, & negotium ad gloriam sui nominis, Ecclesiæ & tuam salutem diriget. Illyricum in errore perstare, similiter doleo, qui erroris sui patronos nullos habebit, nisi homines indoctos & turbulentos: fecisti Tu, quod potuisti, reliqua Domino commendes. Meum adventum ante festum Pentecostes non est, quod expectes, de quo ego te certiore faciam. interim forte aliquid fiet. Sequenti septimana Domino volente, Tubingam redimus, ubi pro felici auspicio Disputationem de Majestate Filii hominis proponam, in qua M. Philippus respondebit. Bene & feliciter vale. Salutante reverenter mei & Uxorem tuam mea costa. Raptim Elslingæ, 28. Aprilis, Anno 1772.

T. ex animo frater

Jacobus Andreæ, D.
CIV.